



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

127. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Concilio Triburienfi.*

CXXVI. Ut, si possit fieri, mortui non alibi sepeliantur præter ad Ecclesiam, & deinceps nihil exigatur pro pretio sepulturæ. Concil. Tribur. c. 15. 16.

De eadem re. *Ex eodem.*

CXXVII. Dicitur est in quibusdam locis pro perceptione chrismatis numos dari solere, pro baptismo, & communione. Hoc simoniacæ hæresis semen detestata est sancta synodus & anathematizavit, & ut de cetero nec pro ordinatione nec pro chrismate vel baptismo nec pro sepultura vel communione quicquam exigatur, sed gratis dona Christi gratuita * dispensentur. Burchard. lib. 4. c. 101.

* *Burchard.*
dispensatione
donentur.

De infantibus mortuis, per negligentiam non baptizatis. *Ex Pœnitentiali,*
cap. xvii.

CXXVIII. Pariens femina, cujus filius per negligentiam non baptizatus obierit, annum unum pœniteat, & nunquam sit sine aliqua pœnitentia. Si sacerdos, ad quem pertinebat, vocatus fuerit ad baptizandum infantem, & venire neglexerit, ipse secundum damnationem animæ judicio Episcopi sui castigetur. Sed & omnibus fidelibus licet, ubi fortè morituros invenerint non baptizatos, immo præceptum est, omnes animas eripere à diabolo per baptismum, id est, benedicta aqua simpliciter in nomine Domini, & baptizare illos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti intinctos aut superfusa aqua. Unde oportet

Vide lib. 2. c. 60. & seqq.